

iuris fecit. FRANCISCVS PAVLVS LOMBARDI canonicus Lucerinus et bibliothecarum regni Neapolitani inspector, qui mortuus est a. 1817 aetate proventus, a prima inde iuventute multos lapides in aedibus collegit, plures in schedis adnotavit. Auxit et museum et syllogen canonicus PHILIPPVS ANTONIVS LOMBARDI, qui cum a. 1845 Luceriae morarer, ea me humanitate excepit et iuvenilem meum ardorem ita et adiuvit et temperavit senili maturitate, ut quidquid nunc profertur mea cura, id ei debere lectores scire velim. Museum patefecit, lapides per oppidum dispersos indicavit, exempla summa diligentia a se confecta subministravit, e scriniis denique exprompsit, quidquid ipse maioresque eius de antiquitatibus Lucerinis collegissent, denique sua munificentia effecit, ut in Lucerinis beneficia ab aliis in me collata quodam modo obscurarentur. — Non multum profuit in Lucerinis Natalis Mariae CIMAGLIAE *epistola ad Iosephum fratrem Luceriam* edita Neapoli 1754. 4. pp. 46. — Utilior fuit Iosephi CALIFANI decani ecclesiae cathedralis Luceriae historia Luceriae ms., quam imperfectam exhibuit mihi Lombardius. Lapidem tamen ab eo servati non ea fide descripti sunt, quae innata est genti Lombardiorum, inestque inscriptio una spuria n. 145\*. — Superioribus annis titulos repertos Luceriae apud externos innotuerunt maxime per Onofrium BONGHI cognatum et ipsum Lombardiorum, a quo pendent fere Lucerina Kellermanno institutoque archaeologico missa et

Borghesiana et Gervasiana. Alia quaedam communicavit mecum CAS-SITTIVS. — Quae nuper edita est a barone Iohanne Baptista D'AMELJ *storia della città di Lucera* (Luceriae 1861. 8. pp. 425 praeter appendicem epigraphicam foliis non numeratis), exhibet inscriptiones LXXXV omnes fere neque locis adscriptis neque auctore laudato repetitas neglegentissime (vide e. c. n. 785. 795) ex schediasmatis Lombardiorum, quae cum reliqua eorum hereditate ad Amelium pervenerunt, ut ex ea sylloge parum proficias. Idem lapides antea collectos in domo Lombardia alios dedit bibliothecae publicae Luceriae nuper institutae, alios aut frangi sivit aut in apotheca domus inter dolia sepeliri. Denique cum Lombardia gente ipsa inscriptionum Lucerinorum cura videtur interiisse; certe quomodo qui nunc sunt homines pulcherrima monumenta patria ibi tractent, turpi exemplo ostendit titulus n. 782 nuperrime ibi inventus et statim in domus fundamenta abiectus. Quid quod monstrarunt mihi, cum a. 1873 eius recognoscendi causa Luceriam denuo venissem, puticulos quosdam suburbanos quo antiqui lapides casu reperti seponerentur interius, donec ad fabricandi usum converterentur. Sane acerba recordatio mihi fuit eius temporis, quo iuvenis cum sene venerabili Lombardio idem oppidum lustrabam minus splendidum et elegans, quam hodie est, sed suae antiquitatis memor, cum hodie sub civilitate quam vocant barbarorum incuria ibi grassetur.

782 Luceriae nuper reperta in via qua Trojam itur D'AMELJ. Huius lapidis videndi causa a. 1873 Luceriam profectus vidi eum, sed coniectum in fundamenta domus quae angulum facit inter viam Bruno et vicum Pergola scripta parte latente et sepulta. Itaque ducibus comitibusque meis Lucerinis cum in re praesenti exprobrassem quod pulcherrimum monumentum nostra aetate ab oblivione resurgens tam barbare proici passi essent, erubuerunt et tacuerunt.

In hoc loucarid stircus ne quis fundatid, neve cadaver proiecitad, neve parentatid. Sei quis arvorsu hac faxit, [ceiv]ium quis volet pro iouicatod n(umum) [L] manum iniect[i]o estod; sive mag[i]steratus volet, moltare [li]cetod. Id est: in hoc luco stercus ne quis fundito, neve cadaver proicito, neve parentato. Si quis adversus hoc fecerit, civium qui volet pro iudicato n(umum) L manus iniectio esto: sive magistratus volet, moltare liceto. Posui [ceiv]ium ubi antea dederam [in] ium, id est in eum. De reliquis vide Ephemeridem.

IN · HOCE · LOVCARID · STIRCVS  
NE · //IS · FVNDATID · NEVE · CADAVER  
PROIECIDAD · NEVE · PARENTATID  
SEI · QVIVS · ARVORSV · HAC · FAXIT ///IVM  
5 QVIVS · VOLET · PRO · IOVDICATOD · NI  
MANVM · INIECTO · ESTOD · SEIVE  
MAC///STERATVVS · VOLET · MOLTARE  
////CETOD////

Edidit Ioh. Bapt. d'Amelj *storia della città di Lucera* (Luceriae 1861. 8) inter titulos extremo libro adiectos n. 80 (cf. p. 119) acceptum a Francisco del Buono. Cuius exemplum scriptum ut inspicere mihi liceret, ipsius lapidis examinandi spe deiectus per optimum amicum de Petra ab Amelio petii, sed ne id quidem reperiri potuit, pendemusque in egregio titulo ab editoris hominis parum accurati fide typothetaeque provinciali. Virgulas quibus hiatus indicantur punctaque quae verba separant in editione iisdem notis repraesentata ego coniectura distinxit. Repetii et explicui in Ephemeridis epigraphicae vol. 2 (1874) p. 205.

783 [= 930] litteris magnis et pulchris. Luceriae (Nocera de Puglia STEPH.). Prae aedibus Alfonsi Carafae PAGLIA. Campanae nunc vero Ariettae gentis angulo infixi qui episcopium prospicit LOMB. Adhuc in eodem angulo viae publicae.

APOLLINI · DIVO · AVC  
Q · LVTATIVS · Q · F · CLA · CAT  
Q · LVTATIVS · P · F · CLA · CA

Descripsi (inde Borghesi ann. inst. 1849 p. 57). Paglia cod. Vat. 5241 p. 588 (inde Manutius orth. 46, 8; Ligorius Taur. 10; Grut. 37, 7); Cittadini cod. Vat. 5253 f. 344'; Stephanonius f. 483; Lombardi de column. Luc. p. 14, idem de colon. Luc. p. 27; Voyage pittoresque de Naples et Sicile T. III. p. 44; d'Amelj n. 8.

784 Luceriae in S. Antonii sacello.

M A X I M O · S V M  
M O · E X S V P E R A N  
T I S S I M O · M  
A V R · A V G E N D V S  
5 P R O C · S · A · P R O · S A  
L V T E · S V A · E T · M · A V R  
M O N T A N I · E Q · R · F I L I  
S V I · V · I · M E R I T O · S O L V I T  
D D V I V O V M A C

Servavit codex Chig. I. VI. 203, id est opinor Pontanus, f. 45; eodem exemplo Alciatus Feae f. 452'.

Vv. continuat Alc. — 2 EXVPERANTISSIMO Alc. — 7 EQ·RO·FILII Alc. — 8 VI traditur.

[Iovi fortasse add.] maximo summo exsuperantissimo M. Aur(elius) Augendus procurator s(aluum?) A(pulorum?) pro salute sua et M. Aur(eli) Montani eq(uitis) R(omani) fili sui v(otum) [l(ibens)] merito solvit. D(e)d(icata) VI [n]o[n(as)] Ma(i)as]. Cf. procurator rei privatae per Apuliam et Calabriam sive saltus Carmianenses Not. Dign. Occid. p. 53B.

785 [= 931] Luceriae apud Lombardum.

TERENTIA  
AMPELIVM  
D · D ·

Descripsi. Inveni etiam in Bonghianis Kellermannii. D'Amelj n. 59 sic:

PILIA · PL  
SELENIS  
LXVI  
TERENTIA  
5 AMPELIVM  
D · D ·

Scilicet in schedis quas expilavit singulis titulis numeri praescripti fuerunt, quorum unus hic remansit. Prior pars est n. 877.

## XXXII. LVCERIA (p. 74).

ad p. 75. Califani Lucerina adsunt item inter Mazochiana descripta ter, scilicet tituli n. 783. 787. 804. 809. 810. 820. 850. 854. 855. 857. 867. 876. 884. 894. Pauca tantum inde referre operae pretium visum est.

ad n. 782. Professor A. de Gubernatis cum rogasset Fiorellium nostrum, ut titulum si fieri posset denuo in lucem protraheret, interrogatus de eo unicus testis inventi eius adhuc superstes baro d'Ameli ita rescripsit, ut spes eius recuperandi abicienda sit. Ipsas litteras scriptas Luceria m. Apr. a. 1877 adiunxi. *Nell' anno 1847 si costruì una strada rotabile che da Lucera, in quasi linea retta, conduce al vicino paese chiamato Troja, edificato sulle rovine dell' antica Aecana. Prende principio questa strada dalla così detta Porta di Troja, la quale è l' unica che tuttora sussiste, e nella sua quasi interezza di costruzione, come fu fatta sotto la dominazione Sveva. Ed anche in quel sito stesso ai tempi di Roma, e prima ancora, una delle principali porte della città vi esisteva, perchè metteva capo al pubblico sepolcreto, che era sulla via, che andava a congiungersi con la ben nota strada Aegnatia che costeggiava l' antica Aecana. Nei lavori di maneggio di terra ed altro, che si praticarono nel detto anno 1847, a diverse profondità, ed a diversi strati, si rinvenne una gran quantità di sepolcri di forme varie, ed appartenenti ad epoche diverse. Molte di queste urne sepolcrali sulla loro faccia esterna avevano iscrizioni dei tempi civili di Roma, e nella faccia interna poi dei tempi molto più remoti, come si rilevava dalla lingua e dai caratteri più rozzi ed antiquati. Circa 200 metri distante dalla ripetuta Porta di Troja fu ritrovata la monca lapide, contenente la importantissima iscrizione arcaica, di cui dai dotti filologi si va tanto in cerca. Il primo che ne ebbe notizia fu l' erudito Sig. Francesco del Buono, che volle sul luogo ocularmente osservarla. Ne ritrasse, come meglio poté, le parole in quella incise, segnandole con matita su di una carta, e da lui, chi scrive, se ne ebbe copia. Le autorità municipali locali, preposte alla conservazione dei monumenti e scavi di antichità, poichè il rinvenimento della lapide fu verso il pomeriggio molto inoltrato, disposero, che il mattino seguente si fosse tolta dal sito ove giaceva, e riposta in luogo sicuro, per curarsene la debita conservazione. Disgraziatamente andandosi per tanto praticare, fu con generale sorpresa ritrovata infranta, e scheggiata in minuti pezzi sparsi qua e là sul suolo. Immenso fu il dolore di tutti alla vista di tanta nequizia consumata! Si ritenne, che qualche lavoriero della strada, preso da chi sa qual barbaro e maligno pensiero, avesse vandalicamente distrutto un monumento di cotanto inestimabile pregio. Premessi questi fatti è dispiacevolmente vana ogni ulteriore ricerca o investigazione, e false pure del tutto sono state le notizie riferite, che la iscrizione in parola stia murata o nascosta in qualche luogo recondito. Ceterum edictum C. Sentii praetoris nuper repertum Romae tam prope accedit ad Lucerinum hoc, ut sublata sit si qua de hoc dubitatio remanebat. Verba eius haec sunt: C. Sentius C. f. pr. de sen. sent. loca terminanda coer(avit). B(onum) f(actum). Nei quis intra terminos propius urbem ustrinam fecisse velit nive stercus cadaver iniecisse velit. Confer item titulum pagi Montani vol. VI n. 3823.*

ad n. 787. AVGVSTA cum apice Califanius apud Mazochium.

n. 810. 854. 867. 884 Mazochius syll. ms. affert desumptas ex epistula Dominici Lombardi data Roma 28 Oct. 1748 ad Ignatium Calce Neapolitanum.

ad n. 822. Edidit Garruccius syll. n. 1747.

ad n. 850. 6 1... NERONI T.. II... Califani apud Mazochium.

ad n. 854. Califani apud Mazochium legit 5 ERVCIVS — 6. 7 ERVCIA APRILLA.

ad n. 857. 2 ...N GAVIAE·C·L — 3 ONESIMO — 5 GARRES Califani apud Mazochium.

ad n. 884. 4 PVLLIDIA emendavit ipse quadratarius.

## XXXIV. Volturara (p. 84).

n. 944. 945 ed. Garruccius syll. n. 1749. 1750.

## XXXV. AECAE (p. 85).

Comus quae Aecana Muratorio misit, sumpsit ex schedis Mazae.

## XXXVI. VIBINVM (p. 86).

ad p. 87. Mansionem Aquilonis Kiepertus iudicat non Bovini quaerendam esse, sed magis ad septentrionem; viam enim cum ab Aeque Tutico pergeret Aecas, a Faeto inde secutam videri vallem fluvii Celone nomen nacti fortasse ex ipsa hac mansione.

6252 ab Orsara (inter Troiam et Bovinum) chil. VI in contrada Parcarelle in fundo q. d. Cercellino.

C · OCTAVIO · C · L · HERMEROTI  
OCTAVIA PLECVSA  
CONLIBERTO FECIT

A. Buonassisi apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884 p. 171.